

Heinrich Rudolph Redecker

Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. P.P. ... ad Festum Spiritui Sancto Sacrum rite & devote celebrandum, Omnes Academiae Cives serio hortatur

Rostochii: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735663106>

Druck Freier  Zugang



24

PROGRAMMA,
 Quo
 R E C T O R
 UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
 HEINRICUS RU-
 DOLPHUS *Redeker*/
 J.U.D., P.P. Serenifs. Ducis Mechl. Consil.
 & Consistorii Ducalis Assessor,

ad Festum
 SPIRITUI
 SANCTO
 Sacrum

ritè & devotè celebrandum.,
 Omnes Academiæ Cives seriò
 hortatur.



ROSTOCHII,
 Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1667.

R.U. - Progr 1667/8

PROGRAMMA

REGIOR

UNIVERSITATIS ROSCHENENSIS

HEINRICHUS

GOLPHUS

MDCCCLXXXIII

et

ad

SPERITUM

SANCTUM

DE

SCRIPTURA

ET



ROSTOCKI



Salutem!



Ura erat, quam Israelitarum gens, sub superbo Ægyptiorum Rege Pharaone, serviebat servitus & durum ergastulum, in quo varias ærumnas & labores ignominiosissimos subire cogebatur assidue. Verum dum labores & calamitates multiplicabantur, veniebat Moyses, Vir Dei, qui eam, Numine favente, ex lapidicinis,

fossisque bituminis, per mare rubrum, in quo crudelis Pharao cum suo milite peribat, & per loca deserta, ad terram promissam miraculoso progressu deducebat. Habuit autem illa gens, ad ostendendam viam, per diem columnam nubis, per noctem verò columnam ignis comitem; atque ita feliciter tandem, quamvis non sine magnis difficultatibus, in terram sibi promissam devenit. Dura quidem illa Israelitarum fuit servitus, duræ calamitates, duri labores, & durum ergastulum, in quo laboribus fracti desudabant, adeoq; felicissima etiam fuit illa liberatio, & felix iter quod Deus nube comite ipsis monstrabat. At si illam respexerimus calamitatum & miseriarum ternam, in quam Sathanæ callida malitia omne genus humanum præcipitarat, & illam divinâ liberationem victo-
riamve

riamve, qua Duce & Triumphatore Jesu Christo obrigit,
& illum comitem qui ad exemplum columnæ nubis &
ignis per periculosissimum nos ducit iter ad æternam glo-
riam, nulla hic vel comparatio vel collatio locum habet.
Eramus omnes, quotquot ex Adami posteris vel fuerunt,
vel hodienum vivunt, vel ad mundi interitum usque
sperantur futuri, in lethi fauces & orci tenebras detrusi,
nec ullum aliud sperandum erat reliquum, quam ut vivi
omnis generis molestias & cruciatus perferremus, mortui
autem æterno manciparemur igni. Hanc autem simu-
laci sui miseriam, & insuperabiles cruciatus, misericor-
dissimus Creator & conservator rerum omnium ferre
non potuit, quin gemiscentem sub peccatorum onere
populum solaretur. Misit ergo Deus filium suum, quem
ab æterno genuit, qui humanâ indutus carne, ut homi-
nes à carnificis nexu liberaret, factus est homo, & per
sanguinis sui flumen nos eduxit ex faucibus diaboli & po-
testate mortis. Hic passus est pro nobis & sepultus, sed
resurrexit triumphator optumus maximus propriis viri-
bus exsepulcro, & omnem potestatem mortis, sathana,
& inferni captivam duxit. *Oportebat Jesum pati & sic intrare
in gloriam suam.* Christi autem sanguine aspersi quot-
quot sunt, erunt, aut fuerunt, æterna mortis pericula
evadere. *Mortuus est semel, ut nos peccato moriamur in per-
petuum.* Resurrexit ex mortuis, ut nos secum in æternam
duceret vitam. Ascendit ad coelos, ut nobis monstraret vi-
am ad sempiternam salutem. Misit autem nobis columnam
nubis & ignis, Spiritum Sanctum, ne rationis humanæ
lumen sequentes, à vero tramite, qui ad cælum iter o-
stendit, aberremus. Hic est, qui naturalem illam & den-
sam caliginem discutit, & lumen veritatis in corde ani-
misque nostris accendit, ut Christi vestigiis insistentes,
ejus

217
ejus gloriæ participes reddamur. Quando itaque ex de-
creto venerandæ simul & pie antiquitatis, hæc anni pars
huic Duci & Ductori nostro est consecrata, ut immensa
ejus & stupenda in genus humanum beneficia prædican-
tur & decantentur: Nostrum, qui hujus Spiritus Sancti tem-
pla sacrata esse debemus, omninò non erit, in tanto omni-
um Christianorum plausu & latissimo apparatu, silere.
Hic enim est Spiritus altissimi, qui ipse Jehova dicitur,
quique, cum ascendisset Christus in cœlos, & introivisset
in gloriam suam, descendit in ipso Pentecostes die, in i-
gne amoris & dilectionis, omnesq; quos replevit, arden-
tes pariter & loquentes fecit. Uti enim filius Dei vene-
rat ad liberandum omnes, qui ab Adamo natales habent,
sic Spiritus Sanctus ex throno cœlestis gloriæ missus est,
ut per Christi mortem & resurrectionem ex inferni fau-
cibus liberatos sanctificaret. Hic est Spiritus charitatis
& concordia, qui nos Christo per fidem inseparabili con-
jungit nexu, & mirabili suâ adumbratione, quæ Dia-
bolus discordiarum pater separaverat, iterum conciliavit,
& univit. Sicut enim anima hominem reddit vitalem,
sentientem & ratiocinantem, quod externis sensibus co-
gnoscimus; sic Spiritus Sanctus hominem efficit spiri-
tualem, & omnia membra ad præstandum Deo oble-
quium & proximo dilectionem dirigit, adeoque habita-
re in anima S.S. spiritualis probat vita, quæ ex charitate,
humilitate, cæterisque innotescit virtutibus. Hinc Pau-
lus ad Romanos: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris,
per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Hic est Spiritus
doctrinæ, qui pravam expellit ignorantiam, qui monet,
mover & docet nos, nec minimam paleam, intra cordis
quod possidet habitaculum, patitur residere, efficitque
homines cœlestia cogitare, & non ea quæ oculis obver-
santur.

fantur, sed quæ sursum in curiâ cœlesti sunt, quærere & perscrutari: inde Gregor. *Spiritus Sancti contra singula testamenta erudit, & in septem virtutibus temperat, nempe contra stultitiam sapientiam, contra hebetudinem intellectum, contra præcipitationem consilium, contra timorem fortitudinem, contra ignorantiam scientiam, contra duritiem pietatem, contra superbiam Dei timorem concedit.* Illud autem, quod Spiritus Sanctus sit verus Deus, ejusdem cum Patre & Filio essentia ab omni æternitate procedens, adeoque verus Deus de vero Deo, qui explet omnia, & ipse est incomprehensus; qui metitur omnia, & ipse est inscrutabilis; qui aliis omnia impertit, & ipse aliunde nihil, ex se ipso autem omnia percipit & perficit, non ex humanâ naturâ, aut ratiocinatione subtili hausimus, sed ex patefacto oraculo divino percepimus, credimus, & sanctè profitemur. Est enim tertia divinæ unitatis persona, ejusdem cum DEO Patre & Filio æternitatis, majestatis, ac potentia. Quamquam enim stolidi malefactorum hominum pravitas, immobile hoc fidei salvificæ principium, infringere & evertere sæpius in hunc usque diem conata est; attamen error iste inexcusabilis, qui ipsam Majestatem divinam lædit, à rectè sentientibus & vere illuminatis dudum rejectus, exhibitatus, explosus, & ceu anathema damnatus est. Eo autem Macedonii Pontificis Romani, qui seculo IV. post Christum natum vixit, vesana delapsa est impietas, ut horrendo conatu Spiritum S. Deum esse negarit. Nec minus Donatus Numida, Arrius, Servetus, Campanus, & alii hæreticorum folles, articulum hunc fidei impurâ perversæ rationis & ingenii corrupti lue polluerunt. Quis autem horum furores & venenatas machinas pluris æstimaret, quam divinam ejus confessionem, qui in tertium raptus erat cœlum & magnalium Dei atq; gloriæ fuit spectator & auditor: Hic enim sincera perspicui.

217

evitate Spiritum Sanctum Deum appellat, quod nulli
ignotum esse potest, nisi eidem Epistolae prior ad Corin-
thios nunquam fuerit visa vel lecta. Mittitur quidem
Spiritus Sanctus uti ineffabilis dispensator gratiae divinae,
agit autem omnia ut Deus, nec alienam auctoritatem venit,
sed propria: non viribus aut potestate aliunde acceptis
terram implet, illuminat, sanctificat, sed ab ipsa aeternitate
illas vires & illam potestatem habuit. Absit ergo, ut
pectus Christianum damnabilis illa invadat impietas, qua
statuat: Spiritum Sanctum non esse Deum, vel minorem
esse Patre & Filio: vel esse Dei ministrum & Filii Dei dia-
conum: tales enim humanae opinionis praestigias ipsum
verbum Dei, quod est lucerna Mysteriorum Dei, damnat.
Mittamus itaque hasce nugas, mittamusve illos, qui suis
innixi erroribus, ratiociniisve, a puritate verbi Divini de-
flexerunt, & ipsi Divinitati blasphemam vim intulerunt, pu-
ris potius mentibus credamus & confiteamur, quod Sym-
bolum Nicenum nos jubet confiteri: *Et in Spiritum San-
ctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre & Filio procedit:
qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur: qui lo-
cutus est per Prophetas* Hebetior siquidem humanae mentis
& oculi acies est, quam ut in Divini numinis Majestatem,
quae in abditissima vivit luce, penetrare, eamque per-
scrutari aut capere in hac mortalitate queat: itaque Laude-
mus potius infinita beneficia quae nobis Spiritus S. impen-
sissimè, ad consequendam aeternam salutem, tribuit. Cum
enim essemus ad imaginem Dei creati, per lapsum Adami
palatium Diaboli evasimus, atque sordidissimo contaminati
sumus foetore. Ideo caelestis Imperator hanc flammam
emisit, quae a sordibus putidissimis humanas mentes pur-
garet, & consumeret omnem foetorem. Bonus hic Spiritus
ex corde hominum malum spiritum fugat, & expu-
gnatam sua virtute arcem occupat. Unde beatorum Au-
gustinus

gustinus eum prædicat, qui hunc hospiti meretur exci-
pere hospitem. *Hic enim, Bernharde verissimo assertore,
dat pignus salutis, robur vitæ, scientiæ lumen. pignus salutis, ut
ipse reddat testimonium spiritui tuo, quod filius Dei sis. Ro-
bur vitæ, ut quod per naturam tibi est impossibile, per
gratiam ejus non solum possibile, sed etiam facile fiat: Lu-
men scientiæ, ut quicquid boni in te inveneris, ei tribuas
à quo omne bonum est.* Hic est omnium Doctorum Doctor, si-
ne cujus ductu & doctrinâ nemo potest ad veram perve-
nire sapientiam. Hic est, qui ex piscatore eximium Theo-
logum; ex publicano verissimum Evangelistam; ex infen-
so Christiani nominis hoste & persecutore, Apосто-
lum; ex rudibus doctissimos; ex imperitis peritissimos; ex
bardis & bliteis, eloquentissimos fecit oratores. Qui
in omni dicendi genere præ aliis Oratoribus alioquin emi-
nuit Demosthenes, coram Philippo Macedonum Rege di-
cturus, tanto metu & terrore perculsus fuisse dicitur, ut
incipiendi verba ceciderint. Qui autem hoc informatore
orationis telam exorditur, illum nec verba nec animus de-
ficiant. Hic consolante afflatu nos erigit, ut cogitationes
nostras ad cælum efferamus. Hic cordibus nostris robur
addit, & omnem ægritudinem ex animis nostris expellit.
Hic est vitæ Dux, virtutis indagator, & vitiorum expulsor, si-
ne quo vita hominis, non vita, sed mors potius dicenda
est. Hæc cum ita sint, in nullo magis desudare, circa
hoc præprimis anni tempus, oportet, quam ut hospiti huic
hospitium præparemus, & ut tantæ felicitatis fiamus partici-
pes. Non enim nummis hic emitur paracletus, sed precibus
ardentibus invitatur. Frequentanda sunt templa, ut in com-
muni lætitiæ concentu, Hospes hic invitetur. Eliminanda
sunt vitia, ut pectoris fores referentur huic Duci. Erigenda
sunt corda nostra sursum, ut hujus numinis opem & auxili-
um consequamur. Faxit Deus ut unitatem Spiritus in pacis
vinculo servemus. P. P. Rost. ipso pentecostes die

Anno 1667.

euitate Spiritum Sanctum Deum appell
 ignotum esse potest, nisi eidem Epistolap
 thios nunquam fuerit visa vel lecta. Mi
 Spiritus Sanctus uti ineffabilis dispensator
 agit autem omnia ut Deus, nec aliena au
 sed propria: non viribus aut potestate a
 terram implet, illuminat, sanctificat, sed a
 te illas vires & illam potestatem habuit.
 pectus Christianum damnabilis illa invad
 statuat: Spiritum Sanctum non esse Deum
 esse Patre & Filio: vel esse Dei ministrum
 conum: tales enim humanae opinionis p
 verbum Dei, quod est lucerna Mysterioru
 Mittamus itaque hasce nugas, mittamus
 innixi erroribus, ratiociniisve, a puritate
 flexerunt, & ipsi Divinitati blasphemam vim
 sis potius mentibus credamus & confiteam
 bolum Nicenum nos iubet confiteri: *Et
 Hum Dominum & vivificantem, qui ex Patre
 qui cum Patre & Filio simul adoratur & cong
 cutus est per Prophetas* Hebetior siquidem h
 & oculi acies est, quam ut in Divini numis
 quae in abditissima vivit luce, penetrare
 scrutari aut capere in hac mortalitate que
 mus potius infinita beneficia quae nobis Sp
 sissimè, ad consequendam aeternam saluten
 enim essemus ad imaginem Dei creati, per
 palarium Diaboli evalimus, atq; sordidissim
 sumus foetore. Ideo caelestis Imperator h
 emisit, quae a sordibus putidissimis human
 garer, & consumeret omnem foetorem. I
 tus ex corde hominum malum spiritum f
 gnatam sua virtute arcem occupat. Un

ulli
 rin-
 em.
 ine,
 nit,
 ptis
 nita-
 our
 qua
 em.
 dia-
 um.
 nat.
 suis
 vide
 pu-
 ym-
 San-
 edit:
 i lo-
 ntis:
 em.
 per-
 ude-
 en-
 um
 ami:
 nati
 am.
 pur-
 iri-
 pu-
 Au-
 nus

